Sit omnibus notum quod nos Beatrix dei gratia abbatissa monasterii sancti Danielis Gerunde attendentes quod uos Guillelmus Oliuerii [illegible] parrochie sancti Vincentii de Camero
et pater uester Bernardus Oliuerii diffiniuistis et remisistis nobis et dicto monasterio imperpetuum totum illud [illegible] quod uos habebatis et tene-
batis in riaria de Tornauellis in alodio ipsius monasterii apud Uallem nera in parrochia predicta et quam [di]ffinitionem fecistis volentes euitare dampna
et sumptus que et quos possent faciliter contingere propter impedimentum quod uobis fiebat super ipso molendino rehedifficando quod ia(m)
penitus dirutum extiterat prout de ipsa diffinitione melius et latius constat per publicum instrumentum inde factum per notarium subscriptum
xv. kalendas octobris anno domini M. CCC. xxx. tercio. Attendentes etiam quod retroacta dicta diffinitione non fecistis immo nos posito dictum molendinum
deserendi nos diffinientes [illegible] ad hoc ut dictum monasterium dictum molendinum melius et fortius deffenderet et illi qui uos impediebant
super ipsa rehedifficatione melius ab ipsa perturbatione desisterent. Ergo nos et Petrus de Villaricio eius procurator noster et dicti mo-
nasterii promisimus uobis et uestris ex causis premissis quod incontinenti cum dictum molendinum esset plene rehedifficatum et moleret ad reg-
nitionem uestri seu uestrorum stabiliremus uobis et uestris dictum molendinum ad censum consuetum ita tamen quod satisfeceritis nobis in sumptibus
quos fecerimus pro rehedifficatione seu reparatione dicti molendini prout de ipsa promissione melius et latius constat per publicum instrume-
ntum inde factum per notarium subscriptum. xiiii. kalendas octobris anno domini M. CCC. xxx. tercio. Attendentes etiam quod uos idem Guillelmus Oliuerii
plenarie satisfecistis nobis nostre uoluntati in omnibus et singulis sumptibus quos fecimus super rehedifficatione seu reparatione dicti molendi-
ni. Ergo rationi consonum uobis dicta pacta seruari. Idcirco renunciando exceptioni plenarie satisfactionis inde non habite et non recepte et
doli per nos et succedentes nobis in dicto monasterio gratis et ex certa sciencia absoluimus et diffinimus penitusque remittimus uobis iamdicto
Guillelmo Oliuerii et uestris imperpetuum totum quantum et quicquid iuris rationis et actionis nobis seu dicto monasterio competit et competere debet et potest ra-
tione et occasione dicte diffinitionis seu remissionis per uos et dictum patrem uestrum nobis ut premittitur facte. Et nichilominus ad cautelam per nos et suc-
cedentes nobis in dicto monasterio damus et concedimus ad emphiteosim siue ad acapitum uobis dicto Guillelmo Oliuerii et uestris imperpetuum totum iamdictum
molendinum cum domibus ibi constructis et construendis et cum regulis capregulis aquis aquaductibus meatibus resclausis molis apparatibus et omnibus
iuribus et pertinentiis suis quibuscumque. Huiusmodi autem concessionem et stabilimentum uobis et uestris facimus prout melius potest dici et intelli-
gi ad uestrum uestrorumque bonum et sanum intellectum. Saluo tamen iure et directo dominio nostri et succedentium nobis in dicto monasterio tam inter
ceteris laudisimiis foriscapiis emptis factis iure retinendi quam etiam aliis que ad directum dominium pertinere noscuntur. Dabitis preterea uos et
uestri nobis et succedentibus in dicto monasterio censum consuetum scilicet annuatim in festo sancti Felicis unam migeriam bladi ad mensu-
ram Gerunde. Et sic per nos et succedentes nobis in dicto monasterio promittimus hanc concessionem et omnia et singula supradicta
rata et firma habere tenere et seruare et predicta que uobis stabilimus uos et uestros semper facere habere tenere et etiam deffendere in pace
contra cunctas personas et inde uobis et uestris firmiter teneri de euictione et omni dampno et interesse litis et extra. Et pro predictis attenden-
dis obligamus uobis et uestris omnia bona dicti monasterii ubique. Et ego dictus Guillelmus Oliuerii laudans et concedens omnia et singula supradicta
promitto uobis dicte uenerabili domine abbatisse et succedentibus uobis in dicto monasterio dictum censum unius migerie bladi soluere annuatim
et prestare termino supradicto. Et pro predictis attendendis obligo uobis et uestris succedentibus in dicto monasterio dictum molendinum cum omnibus
suis melioramentis et augmentis ibi factis et decetero faciendis. Et ego Petrus de Villaricio procurator predictus laudo et concedo predicta.
Actum est hoc quinto idus iunii anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto. Signum nostri Beatricis dei gratia abbatisse. Signum
Guillelmi Oliuerii. Signum Petri de Villaricio predictorum qui hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt Berengarius Ferrarii clericus sancti Danielis et Franciscus de Tumba de sancto Daniele.

Signum Petri Massaneti notarii publici substitutus auctoritate regia a Bernardo de Toylano notario Gerunde publico qui hoc scribi fecit et clausit cum raso in linea
vii. ubi dicitur molendinum.

[illegible]

de caner den oliver

T

9-6-1334

nº 692

Establiment fet per la abbadessa de sant daniel a Bernat olivier de s. vicens de canet de un moli en la riera de lemalvar que te pel monestir a prestacio de una migera de forment a s. felix

Den olivier de Caneo N. 13

AC f 364 Nº 1 del plec quint de Canet.

T. 440 X 330

721